



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium

Brusch, Kaspar

Nürnberg, 1682

De omnibus Ecclesiæ Constantiensis Episcopis, Idyllion Heroicum ad D.
Christophorum Mezlerum, Episcopum Constantiensem, scriptum à
Gaspare Bruschio, Poëta Laureato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38166

Virtutum laudes, victura Poëmata folis
 Vatibus à sacris Phœbigenisque pete.
 Hæc sic munera amas, generose Henrice Rodolphe,
 Accipies à me sapius illa: Vale.
 Vive, valeque Nariscorum decus utile terræ,
 Perpetuaque heros laude canende mihi.

*De omnibus Ecclesia Constantiensis Episcopis,
 Idyllion Heroicum ad D. Christophorum Mezlerum, Episcopum
 Constantiensem, scriptum à Gaspare Bruschio,
 Poëta Laureato.*

AD villam nuper Salomonis ab urbe profectus
 Sigmariâ, cum Pfullendorffi parva subissem
 Mœnia: mox nova fama meas pervenit ad aures,
 Fama mihi certe quovis tum gratior auro,
 Te Metzlere, vir optime, & illustrissime Doctor,
 In Constantina templis ac civibus urbe
 Esse gubernatorem, inspectoremque sacrorum
 Divina bonitate datum, acceptumque. Quis autem
 Hunc tota non mente Tibi gratetur honorem,
 Doctrinâ instructo, pietate & moribus æquis
 Justitiâque viro? Quis non & numina Olympi
 Sacra, Patrem, Gnatumque & Procedenté ab utroque
 Laudaret Dominum pro tali munere, pro tam
 Præfule conspicuo virtutibus omnibus? Et quis
 Non quoque Canonicos vellet laudare patresque,
 Cella opulenta, tuos, sua qui suffragia nulli
 Vinoso, ignovoque viro, mollive dederunt,
 Nec qui aliqua generis sibi nobilitate placeret,
 Sive videretur magnus: sed honesto & honestis
 Devoto studiis, casto integroque parenti:
 Qui regere optata populos in pace valeret,
 Doctrinaque gregem commissum pascere sana

Ssss

Et

Sigmari-
 ingen, op-
 pidum Co-
 mitum à
 Zellern.

Cella, op-
 pidum ad
 Lacum Ve-
 netum.

Et iusta summo pietate litare Tonanti.
 Hæc suffragia commendabit Cæsar, & urbis
 Romanæ totus venerabilis ipse senatus.
 Quisque & ut optimus est, ita te lærabitur esse
 Ad Rheni caput hæc ætate Antistitem honestum,
 Ad Venetumque Lacum, passis qui te excipit ulnis,
 Teque suum blanda genitorem voce salutat:
 Exemplo cujus fortasse modestior alter
 Nunc erit & posito fastu contractior ibit,
 Monstri aliquid tristi cujus sub fronte latebat
 Hactenus, ille tuo nunc lumine apertior esse
 Incipiet, fidusque magis, magis obuius omni.
 Imperioque tuo, dextraque assuescit herili
 Rursus, & ex animo tua vota & iussa capeffer:
 Et quanto fuit ille superbior hactenus, erga
 Te tanto est submissior hac ætate futurus:
 Te Metzleræ colet, Te, Te, venerabitur, & Te
 Præfulem honoratum pietate verebitur omni.
 Visus id ipse mihi lacus est promittere nuper,
 A villa cum me ferrem Salomonis ad urbem,
 Quam nomen referunt de nomine Martis habere.
 Hic ego nescio quid melioris vocis & oris
 Audierim, quod dum breviter, doctissime Præful,
 Commemoro, ut me elementer & obuius audi:
 Quicquid id est etenim torum ad te pertinet, & Te
 Gaudet ad hanc sedem venisse faventibus astris.
 Acronio nuper cum vectus in æquore pulchram
 Accessurus eram Philyren, prope mænia Martis
 Nympharum ingentem vidi medio æquore cætum
 In placidis ludentem undis, fluctusque secantem
 Ac pulchre ignivomo sese sub Sole lavantem.
 Has pater Acronius senior, barbatus ad usque
 Pectora, compellans, est tali voce loquutus:
 Quid vos, o dulces natæ, nunc luditis aut quid

Ocia

*Underseebi**Podamicq.
ad quem si-
ta Constan-
tia Urbs,
olim Imperi-
ialis nunc
Austriaca.**E Cenobio
Salemita-
no ad Mer-
senburgi.**Lindavium
Morsen-
burgi.**Bruckhij**Chronolog**Monist**von Gerhart**S. IX*

Ocia tanta sequi juvat isto tempore, quo vos
 Quidam aliud melius facere & tentare decebat?
 Quod vobis ut honorificum, sic utile posset
 Esse, senem vestrumque aliquando beare parentem.
 An nescitis, in hac Antistitem adesse superbâ
 Urbe novum, qui justitia pietateque magnum ad
 Sidera nomen habet, qui doctrinaque piisque
 Artibus excultus, nulli est toto orbe secundus:
 Eximia celebris meritorum laude bonorum,
 Ut senio venerandus, ita experientia onustus,
 Et sapientia ita instructus, linguæ nitore,
 Atque Pericleæ gravitatis acumine, ut ista
 Sedē sit imprimis & tali dignus honore.
 Qui merito teneat populorum atque urbium habenas,
 Quas nemo melius moderatur dexterisque,
 Quam sapiens Princeps, justus, pius atque disertus,
 Metzlerus qualis, cui vos debetis honorem
 Gratari talem, quin ipsum munere vobis
 Demeruisse novo, quod quale sit instituendum,
 Vos equidē perpulchre ego mox breviter docebo.
 Ite, meæ dulces natæ, mea pectora chara:
 Ite, aliquod pulchrumque auleon arte magistra
 Instaurate, quod ingeniosis convenit istis
 Ac teneris melius digitis, quam nare per undas,
 Ludere & ignavo puerorum more per istos
 Insanos fluctus, nec quovis tempore fidos.
 Ite & texire opus præclarum, & nobile, quali
 Dignus Episcopus est novus, & vos quale potestis,
 Artem non ego vos, non ingeniumque docebo.
 Nam pulchre didicistis id, ostendente Minerva,
 A primis annis, cum vos daret Euganis uxor,
 Chara mihi imprimis socialis pignora lecti.
 Materiam tamen ipse dabo haud male convenientē
 Temporibus nostris. Scitis, mea pignora, scitis,

Ssss 2

Allusionem
 ad lacum
 Venetum,
 ad quem o-
 lim sedebat
 Ut Veneti.

Ut quasdam passim ad ripam videamus utramque
 Non ita morigeras Nymphas, facilesque sorores,
 Quæ dictis parere negant Antistitis hujus
 Eximii nostri: His agite ostendamus in isto,
 Quod summa vobis texendum est arte, tapeto.
 Non novum id esse, quod hac quoque tempestate subire
 Præfulis imperium, quod iussa capessere debent.
 Ergo peristroma hoc intextis afferat omnes
 Præclaros meritis mitraque pedoque decoros,
 Quos habuit prisca Dominos Constantia sedis,
 Præfulis officio & venerando nomine notos.
 Atque hic pingite, quos Vindonissa parentes
 Atque Duces habuit primos: ibi namque vetustis
 Temporibus nata est veneranda Ecclesia Christo
 Ad Limagi thalamum, in quem Rufa Ararisque puellæ,
 Insignes forma & præstantes corpore, currunt:
 Sed Martis propter rabiem excitosque tumultus
 Ad Constantini tandem translata penates:
 Per non ingentos præclare ibi floruit annos.
 Nunc vero (ò mores, ò tempora) ibi exulat ista
 Tempestate adeò dira, reditura sed istuc
 Post paucos menses: ita forsitan digerit ista
 Omnia, qui regit astra Deus, qui trinus & unus,
 Cuncta auditque videtque æterna Solis ab arce.
 Ergo *Boultum* intexite primum, interfuit iste
 Concilio & revenda olim Synodo Epaonenf.
 Huic *Grammatius* accedat, dignissimus omni
 Laude vir, ingenii & pietatis dote celebris,
 De Christi quem doctrinis studiisque loquentem
 Et consultantem felix Aurelia quondam
 Vidit & audivit, veterum ut monumenta vitorum
 Contestantur. At hunc *Maxentius* ille sequatur
 Quem quidam Maximinum dixere, beatum
 Illustremque virum, Dagoberti Regis amicum:

Qui

Bruchij

Chronolog
 Monist
 van G
 S. III

idisch
 itas
 ngovie
 præ
 s, ho
 vassa
 i anti
 itus erat
 iscopa

1.
 2.
 -fuit
 aurelia-
 nemstCon-
 silio. 3.

1.
 2.
 3.

Qui Vindoniensem urbem, patriamque reliquit
 Hostibus, in sanctos grassantibus undique cives,
 Cæsaris & sese ad Constantini apta recepit
 Mœnia, consilio Dagoberti Principis usus.
 Hic memores Limagum, Rufamque Ararimque relictos
 Pingite & hospitium: quod amanter & officiose
 Excepit, fortemque virum sanctumque Prophetam.
 His *Rudilo, Ursinus, Gaudentius & Mariannus*
 Adjiciantur & insignis pietate *Joannes,*
Opthardusq; senex, *Pictavius* atque *Severus*
Astropiusq; *Hannusq;* patres, & *Buso* beatus
Audoniusq; à Contracto celebratus, honesti
 Insignesque viri, virtute & nomine magni.
 De quibus omnibus omnino tamen extat in orbe
 Certum exploratumque nihil, ita prorsus inertes
 Germani laudisque suæ rerumque fuere.
 His super addantur studiose *Ernsfridus,* & urbis
 Qui nomen vetus & clarum *Sydonis* habebat,
 Cui magni Regis conjux Bertrada Pipini
 Clemens multa dedit, mater tua Carole Magne.
 Post hunc pingite acu & studiosa mente *Joannem*
 Ambitosum Abbatem in Galli divite templo,
 Qui viginti annis bene præfuit atque duobus,
 Mox *Gangolphum* etiam, vitæ brevis atque *Fidelem*
 Et *Theobaldum, Eginona* & avarum & divitem, in auro,
 Qui Christum pendentem effingi fecit, & isto
 Ille sui memores voluit nos munere sancto.
 Post effingite sic *Theodorum, Wolfeliumq;*
 Sangalli Monachum ac Eginoni ex fratre nepotem
 Aufoniaque datum *Solomona* ex urbe, senemque
Bathegena, Gebhardum, quin *Solomona* secundum
 Contentum semper paucis, parvoque positum.
 Horum res nullæ, sed nomina sola supersunt.
 Non multis opus est igitur cura atque labore:

45. 6. 7.
 8.
 9. 10. 11.
 12. 12. 14.
 15.

16.
 17.
Sidonius

18.

19. 20.
 21. 22.

23. 24.

25.
 26. 27.
 28.

Ssss 3

Secd

- Sed qui nunc in congerie hac serieque sequuntur,
 Hos opus est, ut magnifice exornetis, eorum
 Texendo varias res fortunaeque viceſque:
 29. Quos inter *Solomon* primas *Ramſchwagius* Heros
 Obtinet eximie præclarus, nobilis & cui
 Eximiam peperit laudem ſapientia ſumma
 Ac prudentia, qualem *Ithaco* *Smyrnaeus* *Homerus*
 Attribuit, quem doctum etiam linguiſque fuiſſe
 Inſtructum variis, etiam ipſa volumina ſcripta
Sangalli teſtantur, ubi idem etiam optimus *Abbas*
 Exiit: & *Constantinae* urbis *Bibliotheca*.
 Hic etiam *Castrum* *Theobaldi* appingite, & ipſos
Svevorum Reges captivum in vincla trahentes
 Hunc *Solomonâ* pium: quæ magni cauſa tumultus
 Multorumque malorum erat. His ſuperaddite juſtas
 In dictos Reges *Conradi* *Cæſaris* iras.
 30. Inde *Notingum*, illum omnigena pietate referunt
 Et *Veringenſem* Comitem, quem ſanctus ab iſta
 Mortali vita ſublatus *Ulricus* abunde
 Flevit, & eſt *Divos* ardenti voce precatus,
 Ut ſimilem dignarentur, *Constantia*, nempe
 Præſulem honoratum tibi reddere, religioſum
 Sincereque pium. Quæ vota audivit ab alto,
 Qui pia vota preceſque auditque videtque piorum,
 31. *Conradum*q; dedit ſanctum, Comitem *Altorfenſem*,
 Quadraginta annis qui præfuit atque duobus,
 Nec tantum bene præfuit, imo profuit urbi
 Et templis rebusque ſacris: extruxit ab imo
 Fundamento etenim *Pauli*, ſanctique *Joannis*
Templa decora, & cui *Mauritius* inſidet heros.
 32. Huic *Gaminolphum*, qui vixit ſub *Othone* ſecundo
 Rege, *Gebhardum* itidem, in *Sanctorum* jura relatum,
 33. Qui ſtatuit *Divo* templum & domicilia *Petro*,
 Et ſedem ſacris *Monachorum* cœtib; aptam,
Petersbu-
ſum,

Qua

Bibliothecij

Chronolog
 Monasterij
 van Gerven
 S. III
 x

Qua Rheni ripam longus Pons jungit utramque
 Inter utrumque Lacum. *Lambertum* adjungite sancti, 34.
 Multa ex æde Petri tollentem argentea vasa
Phthiriasi tandem, quem sustulit ira Deorum. 35.
 Post hos Aufonia *Ruthardum*, peste peremptum, 36.
 Atque Haimona piūm doctumque hominem disertum,
 Quin & *Warmannum*, ac *Eberhardum* appingite, cujus 37. 38.
 Ad Divum Petrum Romæ ossa & membra quiescunt:
 Quos ambos ex Dillingensi stemmate natos,
 Affirmant veterum monumenta, librique virorum,
 Mox *Theodoricus*, *Rumoldus*, *Corolus*, atque 39. 40.
 Effingatur *Orho*, Svevorum à Rege Rodolpho.
 41. 42.
 Ejectus ditione & templis, Pontificis quod
 Hilbrandi non omnia vota & jussa probaret.
 His porro accedat *Gebenhardus* Marchio, frater
 Bertholdi, quem clara domus Zeringia nobis 43.
 Ediderat mitem ac cum primis præfulem honestum,
 Cui semper fortuna parum fuit æqua, parumque
 Prospera, ut hæc equidem nunquam non cæca furensq; est.
 Huic etiam *Arnolphum* sacri de stemmate Montis 44.
 Inrusum veluti, sic ejectum quoque tandem
 Atque *Udalricos* Comites adjungite, quorum 45.
 Posterior Baro Castellanus, Canonicis cum
 Se gratum non esse suis sentiret, in ipsa
 Condidit Hercinia rursus se, ubi Blasius ædem
 Divus habet, dumis sylvestribus undique cinctam.
 Cedere namque suorum maluit illi furori,
 Præfidiis quam Martis opes regnumque parare,
 Quod plenum ut curis, ita cerneret esse caducum.
 At prior *Hartmanni* Venerandus filius ædem 46.
 De cruce nomen habentem extruxit amore Deorum
 Sumtibus ex propriis, in qua ipsius ossa quiescunt.
 Vos insignia Dillingensis ei addite gentis.
 Ante *Hermannum* Arbonensē de gente Baronem, 47.
 Autho-

48.
49. 50.
51.
52. 53.
54.
55.
56.
57.
58.
- Authorem magni (quod habet Constantia) templi
Inferite, imprimis opulentum Heroa, Scotorum
Qui domicilia, collapsam instauravit & ædem.
Mox Zeringensem Comitum describite *Othonem*,
Bertholdumq., à Busnang, *Hermannumq.*, secundum
Qui Fridingensis fuit ingens gloria gentis:
Præclaræque domus decus immortale *Disihelmum*,
Krenckingi dominum Wisenburgique Baronem,
Wernherumq., à Stauff, *Conradum* deinde secundum
Ex Andecensi Bojorum stemmate natum.
Succedant alia texendi parte tapeti
Post hos expositos alii quoque, nomina, quorum
Et vultus & res breviter percurrere gestas.
Montana *Henricus* cognomen ab abiete ducens,
Walburgi dominus, qui gessit prospera bella
Niffenses contra Proceres, quos pingite captos
Cum quadraginta ducibus, quos scilicet omnes
In Constantinam victos secum attulit urbem.
Ejusdem hunc alius gentis stirpisque sequatur
Præsul *Ebrardus* amans bellorum & Martius heros,
Qui templis ut erat non utilis, ipsam ita nostram
Vastavit patriam regionem incendio & armis,
Dum contra *Bertholdum*, Abbatem Sangallensem,
Civica bella gerens excivit in arma juventam
Impia, rebus & his nimis infelicia nostris.
His Habsburgensis succedat & ipse *Rodolphus*,
Canonicus Basileæ tuus, patruusque *Rodolphi*
Romani Regis, bellator maximus, & qui
Mire afflixit opes nostras, sed victor ubique
Austriaci contra cognati sanguinis hostes
Oppida multa sua virtute manuque subegit.
Mox *Henricus* erit pingendus Episcopus, heros
Klingenbergius, & *Fridericus Zollerianus*,
Electi discordia per suffragia, quorum

Poste

Bibliothek

Chronolog

Monist

v. 1. 1. 1.

S. III

x

Posterior tamen argento sedatus & auro est,
 Vir mitis, facilis, placitusque. Henricus at alter
 Alberto Regi charissimus, omnium amator
 Doctrinarum & cultor erat, nigromanticus autem
 Præcipue insignis, pater, Oeconomusque fidelis.
 Huic superaddite mox *Eberhardum*, pontificis qui
 Verius imperio sedem est intrusus ad istam,
 Quam voce electus concordi: vir tamen inter
 Versatus doctos, ut doctus & ipse piusque:
 Sed linguam quia Germanam non norat, ineptus
 Ad rerum curam tantarum erat, Oeconomusque
 Non adeo bonus, in reliquis verò optimus heros.
 Hunc aliqui appellant variata voce Gerhardum,
 Quo misera ex vita hac supera ad convexa vocato,
 De Montis Fortis generosa stirpe *Rudolphus*
 Est Constantinæ præfectus Episcopus urbi,
 Egregius princeps, & qui bene profuit ipsis
 Et templis rebusque suis, rebusque suorum:
 Conditus Arbonæ sub sancti fornice Galli.
 Post hunc *Nicoles* memores estote puellæ,
 Nobilis à Kenczing Domini, qui victor ad urbem
 Venit, Adelberto magna virtute fugato.
 Munificus pater & bene largus alumnus eorum,
 Sarcina quos paupertatis male grata præmebat:
 Huic mendicantes pueros appingite multos,
 Matres atque viros panemque stipemque petentes,
 Propitius quibus ille fuit fautorque paterque
 Semper, opes spargendo suas ita opemque ferendo.
 Nicoleo *Ulricus* tuus, ô Constantia, civis.
 Successit Piperis cognomine nobilis heros:
 Ut pietate & doctrina, sic Relligionis
 Et fidei studio celebris, nullique secundus.
 Artifici post quem pingatur honore *Joannes*
Windegus, quem clara suum Schafenhusia civem

59.

60.

61.

62.

63.

T t t

Jactitat,

Bruchhij

Chronolog
Monasterij
vniuersitatis
S. IIII64.
65.
66.
67.
68.Apud Xbei-
gestulum.

Jaſſitat, egregium bellatoremque ducemque:
 Quique tuus fuit, o generosa Svevia, ductor,
 Albertus Tigurum quando Auſtrius obſidione
 Cingeret, Helveticis importans montibus arma:
 Sed velut is bellator erat, ſic contigit ipſi
 Lurida mors bellatoris quoque, non quod in armis
 Conciderit ſtructaque acie, propriis ſed in ipſis
 Conſtantinae urbis laribus, per ſeditioſos
 Occiſus quodaſ, lautae inter fercula coenae,
 Inter opes, interque dapes, & pocula plena.
 Hic *Leopoldum* etiam memores intextite, & ipſum
 Eridiaca gentis decus immortalale *Joannem*,
 Cedentem ſibi commiſſa de ſede libenter,
 Ne fortassis ei diſcordia ſeva noceret:
 Namque *Henricus* erat quidam Brandyſius heros
 Pontificis nutu intruſus, qui praefuit annis
 Sex & viginti totis, rixoſus & urbi
 Non bene propitijs fautor, quem morte peremptum
 Mox eſt *Mangoldus* de gente ſequutus eadem,
 Quem contra parte ex alia eſt electus honeſtus
 Atque pius vir *Nicolaus* Riſiburgius: at dum
 Armata prohibere manu conatur eundem
 Mangoldus, ſubita decedit morte, venenis
 E medio ſublatus, equum aſcenſurus ad ipſum
 Tiberii ſublime forum. Sic undique nobis
 Proponentibus aetherea diſponit in arce
 Res noſtras Deus. Haec vos omnia pingite, Nymphae,
 Nec vos poeniteat plaudentem attexere Rhenum,
 Imo & utrumque Lacum. Nam non ſine ſanguine bellum,
 Nec ſine caede iſſet, niſi Dis mandantibus eſſet
 Sublatus Mangoldus ab his terreſtribus oris.
 Sic ſedem obtinuit placidaque in pace regebat
 Nicolaos plenis vix proſus quatuor annis:
 Quem mox *Burcardus* concordiae voce vocatus

Electus.

Electusque in vestri aulei parte sequetur
 Heu wensis Baro magnificus laurusque, duobus
 Qui lustris feliciter urbi praefuit atque
 Divorum templis, quorum illustrator & auctor
 Ille etiam fuit, intemeratae Matris in aede
 A se fundata locupletataque sepultus.
 Hic Nellenbergensem etiam Comitem *Fridericum*
 Adicitote, senem placidum, qui nomine solo,
 Praefulis egregie contentus, reddidit illis,
 A quibus & claves & scepra acceperat urbis:
 Aspirans magis aetherei ad domicilia regni,
 In quibus est nobis a Christi patre parata
 Mansio jamdudum, vanos quam mundi ad honores,
 Huic succedentem *Marquardum* adjungite, natum
 E Randeggensi praecleara stirpe Svevum,
 Qui Sangallenses pacavit seditiosos,
 Abbati docuitque suo parere, aliosque,
 Qui Cellae ac Abbatis habent cognomen agreste.
 Quin etiam *Albertum Blaurerum* intexite fortem
 Magnanimumque virum, sapientem atque ingeniosum,
 Eximie in rebus solertem agilemque gerendis:
 Cui natale solum fuit urbs Constantia. Is ipse
 Pauperie oppressam fortuna humilique jacentem
 Penae omnem sedem pulchre instauravit, & urbes
 In pignusque datas arces multo aere redemit,
 Non temere effuso, verum sapienter ubique
 Congesto, prudenter & utiliterque retento.
 Huic alios etiam subjungite nobilitate
 Eximios prisca, doctum & Venerabilem *Orthonem*
 Marchio is Hochburgensis erat, pietate fideque
 Praeditus insigni, qui multis praefuit annis
 Utiliter: sed Canonicis invisus, ob aurum
 Largius interdum justo in convivio lauta
 Effusum: quos ille reconciliavit amore

Tert 2

Ac

70.

71.

Abbas Cel-
denses.

72.

73.

Ac animi bonitate sibi tamen, illud ad ipsum
 Principibus multis & multis usus amicis.
 Præfuit illo ipso quoque tempore, quò celebratum est
 Concilium Constantinæ sub mœnibus urbis.
 Pertæsus tandem imperii, mitramque pedumque
 Tradidit & claves *Frisærico* Zolleriano
 Canonico, Argentina, tuo, præclaro & honesto
 Imprimis juveni, qui plenis vix tribus annis
 Præfuit, & vita defunctus, celsa subivit
 Sidera & æternæ sedem & domicilia vitæ.
 Ante tamen vitâ quàm cederet, omnia cleri
 Describi capita ille sui curavit, ibique
 Censâ decem capita esse, scio septemque per omnes
 Præfuit hanc sedem & regionem millia, justo
 Unde est hæc titulo sedes amplissima dicta,
 Ut qua Germanis sit nulla patentior oris.
 Nam quinquaginta & trecenta monastica templa,
 Et totidem cœtus monachorum continet ipsa.
 Huc *Henricum* etiam *Heuwentem* numerate Baroné
 Magnificum, & magni se principis instar habentem:
 Versuto qui Marte sibi subjecit & armis
 Hanc nostram Martis dictam de nomine sedem.
 Mox *Burcardum* attexite parcum auriq; tenacem
 Randegensem heroa, bonû œconomumq; senemq;
 Nullarum omnino studiosum deliciarum:
 Qui si forte diutius has moderatus habenas
 Hoc studio prudenti, consilioque fuisset,
 Tota esset sedes pulchre instaurata, suisque
 Reddita viribus. At Superi vetuere, nec istum
 Amplius esse senem in terris vitæque volebant
 Mortali; sed eum cœlorum in templa vocantes,
 Nectare & ambrosia deinceps statuere fovendum.
 Pro quo mox Landenbergensem Heroa dederunt
Hermannum, nulli vitæ pietate secundum,

74

05

40 nlla

75

76

77

Qui

Bruchhij

Chronolog

Monasterij

vniuersitatis

S. III

Qui sese invalidum esse senem, minus atque gerendis
 Tot rebus magnis cernens, & idoneum & aptum,
 Cononicorum etiam non detrectante senatu
 Constituit sibi collegam, sociumque laborum
 Curarum atque gubernaculi, *Lodovicum* animosum
 Magnificumque Heroa ex Friburgensibus ortum
 Nobilibus, nihil insidiarum, nil quoque fraudis
 Omnino metuens. Sed quid non ambitiosa
 Mens facit, & quò hominem non gloria ducit inanis?
 Pontifici precibus Ludovicus muneribusque
 Instat, & ut sibi succedendi copia fiat
 Ac successio confirmetur: & orat & urget
 Persvaderetque Pericleæ ceu fulmine linguæ.
 Hermannus cum forte geri id sentiret, acerbè
 Sic tulit, ut vitam illo ipso finiret in anno.
 Hinc plane implacabilis est discordia nata,
 Quæ fuit irreparabilium sentina malorum,
 Ad paupertatem quibus est deducta supremam
 Ista potens Ecclesia & illustrissima sedes.
 Quò magis hoc equidem lætari tempore nostro
 Debemus, quòd consiliis interfuit ipsis
 Optima servatrix rerum Concordia, cum post
 Sublatum morte Augustanæ in mœnibus urbis
 Præfulem honoratum, concordi voce parentem
 Canonici elegere novum, doctumque piumque
 Metzlerum, cui vos hoc munere gratificari
 Debetis Nymphæ. Sed pergo, audite puellæ
 Cætera, quæ restant. Hermannò ad ovile vocato
 Æthereum, Christus cui præsidet, ipse perennis
 Salvator mundi: Lodovicus sceptrum pedumque
 Ursurpat mitramque sibi, sed Cononicorum
 Scissa cohors diversa probat, diversaque sentit.
 Pars Comitem eligit à Solis cui monte vetustum
 Nomen erat, Dominum populis opibusque potentè:

Tttt 3

Pars

78.

Brud. diij

Chronolog.
Monasterij
vniuersitatis
S. III

79.

Pars isti electo contraria prorsus *Othoni*
Agnoscit Dominum Ludovicum : sic residentes
Diversis isti amabo locis, per mutua sese
Vulnera mordicis linguæ & convitia scindunt.
Pars plebis Ludovico, ast altera adhæsit *Othoni*,
Quæ diuisa, laceffit per mutua sese
Verba, ad verbera dura ut res quandoque veniret,
Sic annis aliquot lapsis discordia non est
Facta minor, sed jam radices egerat altas,
Atque videbatur secum tractura ruinam
Totius ingentem sedis regionis &. Ergo
Romam adit Ludovicus, ut omnem Pontificirem
Exponens imploreret opem, cuius manifestâ
Voce ante electus confirmatusque fuisset.
Promissis qui stare volens mox fulmina scripta
Primum in Canonicos, deinde ipsum mirrit *Othonem*.
Sic ultra citraque agitatis rebus, ab ipsa
Sede sua Judex diri certaminis hujus,
Justus ut Deus omnipotens, sic ipse diremit
Has lites, ut bella ita dira exempla perosus.
Nam Romæ Ludovico ex his mortalibus oris
Excito, atque ibi magnificè pulchreque sepulto
Tota gubernandæ sedis jam cecidit *Othoni*
Copia libertasque, decem qui præfuit annis,
Post has sedatas turbas in pace quietus,
Ut prudenter ita utiliter, post fata *Lodici*,
Sed postquam est exemptus *Otho* mortalibus, ipsi

80.

Pannonius quidam *Thomas* successit ad istam
Sedem instaurandam, communi voce rogatus,
Omnium inductus *Friderico* à *Cæsare*, cuius
Ipse prius fuit orator celeberrimus, atque
Cancellarius in causis sublimibus orbis,
Et Doctör legum, eloquio super æthera notus.
Quin etiam *Divi* præceptor *Maximiliani*,

Quem

Quem latio sermone loqui, quem scribere docto
 Cum Cicerone etiam docuit clarissimus heros.
 Iccirco ad talem iuste exaltatus honorem.
 Præfuit iste suæ sedi prudenter & apte
 Quinque annis, tandem ascendens ad gaudia vitæ,
 Quæ nunquam peritura, sed est dulcissima semper
 Vita futura, imo & certissima mansio sanctis
 In Christi pietate fideque, ex carcere carnis
 Humanæ, ad superi translatis mœnia regni.
 Mox est unanimi electus pietate venustus,
 Ac verè procerus & illustrissimus heros,
 Mæcenas doctorum hominum Landburgius Hugo:
 Instaurator opum, constantia pulchra, tuarum. 81.
 Præfuit ille quibus triginta & pluribus annis
 Egregiè instaurans, & templa atque oppida & arces
 Collapsas prius. Hunc contra, Constantia, primum
 Seditiosa, quid hac quoque tempestate laboras
 Adversus Dominum moliri grandia? quem tu
 Natura mitem poteras placare precando.
 Contrahe vela precor, Constantia, nec male sana
 Irrue per præceps adeo in mala plurima, tandem
 Excidium allatura tibi. Mitissimus heros. 82.
 Metzlerus conceptam etiam in te Cæsaris iram
 Placabit facile, modo cesses seditiosa
 Esse, tuosque velis Dominos agnoscere tandem
 Vos, Nymphæ, studiose istum depingite nobis
 Tam generosum Heroæ, & honestum atque omnibus æquum
 Hugonem, qui bis præful nunc vivit in astris,
 Estque gravis Cœli ætherea præful in aula
 Cum Christo, cum patre Deo, cum Flamine sacro.
 Huic superaddatur præful *Balthazarus*, ortus
 Marcelli Waldkirchenfis de paupere gente,
 Sed doctissimus & tali dignissimus heros.
 Muæere, præcipue charus Tibi, Carole Quinte:

Post

- Post cuius celerem dilcessum, rursus ut ante
Præfuit undecimum in mensem Landburgius Hugo
Ante poli quam fiderei migraret in aulam.
83. Hunc rursus Comes est *Lupsenius* ille sequutus,
Quem merito Janum prudentem diceret ætas
Nostra, sed appellârat eum pia cura parentum
Imprimis placida, & mansveta voce Joannem,
Præfuit ille annis sex fido pectore, curas
Inter multiplices, quibus ipsam extollere sedem
Rursus in amissos jam conabatur honores
In priscumque decus, quod & effecisset, ubique
Wirtembergensis nisi Dux contrarius isset,
Omnia templa omnesque Deos laceransque cremansque
Atque vetans, ne quis clero daret amplius illa,
Quæ debebantur clero, atque Antistiti honesto,
Inde resignandæ est inventa occasio sedis,
Cæsareo quam mandato suscepit habendam
Atque gubernandam venerandus & inclytus heros,
Mularum illustris linguarum cognitione,
Gente Sicambrorum, Wezanò è stemmate natus,
Conspiciuus meritis, doctrina & dexteritate
84. Ingenii mira: qui dictus & ipse *Joannes*,
Hoc nobis (veluti meministis) concidit annò
Cum magno nostro luctu, magnisque querelis;
Imperii charus Rectoribus omnibus, ipsi
Imprimis Divo Augusto, qui desset amicum
Præcipuum subito creptum sibi funere, cuius
Multo vitam argento mercaretur & auro.
Hæc sunt, filiolarum charæ, quæ intexere pulchro
Vos cupio artifici tela dextraque tapeto:
85. Sed nec *Christophorum Metzlerum*, Heroa disertum
Atque pium vos pœniteat subungere: quò nunc
Præfule tota equidem provincia nostra triumphat,
Rhetica quem genuit *Feldkirchi* ad mœnia matris

Inter

Bibliothec

Chronolog

Monasterii

van Gennina

S. III

Inter odoriferos flores laurumque virentem.
 Ite igitur nunc, ite & adornate omnia recte,
 Et perfecta ad me deferte: ita convenimus
 Unanimes cum munere nostro in praesulis illa
 Arcem novi, quae Martis adhuc cognomine gaudet.
 Illic caetera dexterius faciemus, & apto
 Ordine cuncta, ipso coram almo Antistite, qui nos
 Audiet & placida semper pietate fovebit.
 Haec Metzler, haec sunt, praesul doctissime, amica
 Colloquia Aeronii senioris cum reverendis
 Natabus pulchrisque suis, gratantis honori
 Huic, Princeps reverende tuo, quem numina Coeli
 Ut faveant tibi sacra diu, teque omnibus ornent
 Fortunis & prosperitatibus, incolumemque
 Te servare diu nobis dignentur, amanter
 Oremus Patremque Deum, Gnatumque perennem
 Atque ab utroque Deo procedens Numen, ab alto
 Aethere quod cunctis est consolatio sanctis.
 Interim & hoc schediafma meum, Doctissime princeps,
 Accipe elementer, quod si non invenis illic
 Thura Sabaea tuas posita atque incensa per aras:
 Crede preces tamen esse haud falso e corde profectas.
 Has quia Coelorum contemnunt Numina nusquam,
 Tu numen quoque facte preces contemnere noli,
 Ad tua quas ferimus castis altaria palmis.
 Sic spudafina aliquando bonum (si vixero) de te
 De meritisque tuis, duce Phaebo & Pallade, condam
 Quod te, quodque tuos venturis praedicet annis.

Mersu-
burgi.

Epilogu
per Apo-
strophem.

*Renato Henero, Lindaviensi, medicinarum stu-
dioso juveni in Academia Tubingensi, Sal.*

Lætitiâ Christi meritis & numine partam,
 Præter & hunc ipsum quam dare nemo potest:

Uuuu

Ag